



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

65
70

EPITHALAMIVM
CLARISSIMO
ET DOCTISSIMO
VIRO DN. VVOLFAGAGNO
Amtingo Iuris utriusq; Doctori,
celebranti nuptias
cum
honestissima virgine GERDRVDF,
Amplissimi viri Dn. REINERI
PACOVII, &c. filia s
scriptum à
IOHANNE MAIORE; D;
J T E M
Epistola gratulatoria
scripta à
M. NICOLAO MAIO.
SERVESTÆ
Excudebat Johannes Schleer,
Anno 1599.

50

1770

1770





ELEGIA

Gratulatoria, in nuptias clariss. & doctiss. viri

DN. VVOLGAGNI AMLINGI, 7. U. D.

Non sita notities virtutum, & cura pudoris,
Talem etiam, qui nos condidit, esse pro-
Est igitur virtus, et cura pudoris amanda, (bant.
Quod cognata facit pectora nostra DEO.
SED Deus affirmat quod mas & femina juncti
Lege sua, casti sint in honore status.
De socio doctrina jugo, virtuteq; casta
Mansit apud cœtus tradita ritè sacros.
Hanc quia servamus solidam: ratione probamus,
Nos quoq; cum cœtu fœdus habere sacro.
Namq; Deum recta prece compellamus: & illum
A grege dividimus quem malus urit amor.
DVM genus hoc vitæ ingrederis, quo pectore casto
Ad castum valeas fundere vota DEVM:
Grata Deo, jucunda patri, VVOLFegagne, volun-
Est tua, cui verbis femina, virq; favent. (tas
ET SI conjugium miserabilis area vitæ est:
Si tamen autorem respicis: ordo DE I est.

A 2

Quem

Quem Deus instituit, non est fas spernere ritum:
Hunc cole, si gravis est sarcina, suavis erit:
Voce sua DIXIT DOMINVS, non esse salubre
Si nulla degat cum pare solus homo.
Si Deus hoc dixit: furor est huic dicere contra,
Auxilium ad turpes & prohibere faces.
Sed Deus in pœnis fatalibus edocet Orbem,
Quod, qua constituit, sint rata iuratori.
Ille favet castis, & eorum facta secundat,
Gratiaq; ut custos assidet ante Lares.
Durat amor longè quem conciliavit honestas,
Quemq; caduca parit forma, caducus erit.
SI genus ac mores tibi pacta in virgine spectes:
Dotes, qua debent virginis esse, gerit.
Semina virtutum traxit de stirpe parentum,
Excoluitq; usu, sustinuitq; prece,
Nam multum natura valet; cura adjuvat illam:
Esse salutarem, Numinis aura facit.
Plus sibi laudis habet positum in pietatis amore,
Quàm censu, aut habitu, sed sine sorde tamen.
Cui pater in linguis tribus est excultus, & arte,
Observansq; Dei, justitiaq; tenax.
Vrbs Philyra fasces illi commisit habendas,
Quas populi excussit vis pietate carens.

Mansit

Mansit amor veri tamen, & vigor artis in illo,

Dum patria mallet, quam caruisse DEO.

Sed patria est, ubicunq; licet sentire quod aequum

Nec iuga constricta mentis acerba pati. (est,

At Nicer ereptos ipsi nunc pensat honores,

Arbiter ut summo jura det aqua foro.

Non illo melior commissa negotia tractat,

In quibus est urbis res, populiq; salus.

AT genitrix omni virtutum nomine prestans

Excoluit nata pectora voce DEI.

Servandaq; domus exemplum praeiuit ipsi,

Quoq; modo, & quanta res facienda fide est.

Hoc, VV Olfgangne, decus decora ad tua defuit u-

Providus e caelo quod tibi tradit Hymen: (nu,

Subq; jugum summi firmatum voce parentis

Aevi flore pares, & pietate, trahit.

QVAE tibi sit gemini parta experientia juris:

Arguit exornans rubra tiara caput.

Nam non in levibus traduxti tempora curis,

Quae multa in studiis, nulla fuere mero.

Ac expressa tenes virtutum signa, nec umbras:

Ingenua acceptat, non simulata DEVS.

Omnibus in dictis factisq; modestia lucet,

Iudicio candor, consiliisq; fides.

ERGO tibi hanc sortem propter bona publica gra-
In te quæ columnen sunt habitura suum. (107,
O felix, tali cui contigit indole natus,
Seu gerat in ludo munia, siue foro.
Namq; arte excoluit felicia semina mentis,
Et sic ad legum pulpita fecit iter.
Verbaq; reddentem dextrè ad quæsitæ rogantium,
Iudicio ornavit plebs Basilea suo,
Dotibus his animi decus addit gratia morum,
Et disciplina cura, timorq; DEI.
Non illi poterat melior contingere ductor,
Quàm pater, ingenio magnus, & arte potens:
Quiq; suum officium virtutibus omnibus ornat,
Vita sit ut studiis congrua, mensq; sonis.
Cui prompta est ratio, verborum solvere nodos,
Et nit or ac nervus vocibus hujus inest.
Quanta sit in sacris vindex facundia: sensit
Qui chartam omni vagam cuderat ære Faber.
Nec Faber hinc contra dictis se impunè ferebat,
Ille licet gemino cingeret ense latus:
Et tot nominibus rueret stipatus in unum,
Quot rane querule sordida stagna colunt.
TALI patre satus, patris alti oracula discit,
Illius & Natum novit, & ore vocat. ibid.
Scitq;

Scitq³ sacro Flatu generari rursus ad auras,
Pectore qui fundunt non simulante preces.
HIC vita cursus, longo dignissimus aro est,
Serviat ut sacris catibus, atq³ foro.
Pars Sophia est doctrina fori: Et licet arte carentes
Hanc quoq³ corrumpant, justitiamq³ premant:
Recta fori ratio tamen Artes, remq³ sacratam
Pacatam nervis efficit esse suis.
SED quia doctrina Deus est fons solus, Et auctor
Conditor Et cætus ad sua regna sacri:
Hunc precor, ut studiis doctrina commodus adsit,
Nec sinat hæc tenebris, barbarieve premi,
Sint urbes aliqua sedes Pietatis Et Artis,
In quibus ut templo vult habitare Deus:
Viq³ sui Flatus æterna ad secla refingit,
Quorum animus Nati flagrat amore sui. (mus,
Cætera quàm jaceant, quæ sunt humana: vide.
Et memorem scelerum noscimus esse Deum.
Nec nos pœnarum causas queramus in astris,
Quas decet ex vita discere quæq³ sua.
SED licet Imperiis intentent fata ruinam,
Et cur intentent, plurima causa subest.
Sunt servanda tamen Nature fœdera quadam,
Ut vita illorum sustineatur ope:

Relligionis item, cui rectè adjunxeris Artes:
Qua duo, sunt vita lumen, & officii.
Dilige cognatos: nec sacros neglige cœtus:
Nam Deus instituit res utriusq; status.
Sic minor efficitur quacunq; molestia fati
Communis vitii nomine queng; premit.
Quicquid enim eveniet, si non ex crimine nostro
Vincetur placidis moribus, atq; prece. (est,
T' quoq; si quiderit molis: fer pectore leni;
Mutua conjugibus gratia lenit onus.
Cincta caput spinis fuit olim pacta virago,
Fata notans, lectus qua socialis habet.
Sed quod honestate est initum, & moderamine
Id placidi & longi semen amoris habet. (fati:
Ergo tuum expendens affectum in amore jugali,
Quaq; amplecteris pignora cara fide:
Inde Dei ac Nati similem in sacra agmina disces,
Pro quibus & Natus tot mala passus erat.
Sed te plura, fides tua, quàm mea Musa docebit,
Quam decet exacto carmine ferre preces.
Quod precer, hoc unum est, ut sit mens una duo-
Cœtera, erunt votis uberiora meis. (bus;

REVE-



REVERENDO ET
CLARISSIMO VIRO, PIE-
TATE, ERUDITIONE, ET CON-
stantia præstantissimo, Dn. M. V. Volfgango Amlin-
go, Sacrarum literarum Orthodoxo Professore,
& Pastori Ecclesiæ Servestanę fidelissimo
Domino, amico, & adfinituo per-
petua fide colendo,

S. P.

Va mihi de nati tua venit epistola tædis,
O Amlinge DEO care, colende mihi,
Grata fuit: dixi q̄, meis, ut carmina, Musis
In Sponsi thalamos, & pia vota darent.
Ipse ego conabar sincero motus amore
Dispositis tecum rebus inire viam:
Sed remoram neētunt mihi certa negotia, quæ me
Hoc ipso prohibent tempore abesse domo.
Ergò dabis veniam Majo, vir candide, doctas
Ad Rheni ripas quòd comes esse nequit.
Idq̄, facis, faciasq̄, precor: sic Filius, Vxor;
Cumq̄, nocuo socero sit tibi salva Nurus.

A 3

Ne tu

Ne tamen officii partes, ad finia vincla,
Ius & amicitia deseruisse ferar:
Accipe parva novis donanda γαμήλια Sponsis
Utq; rogas, precibus carmina juncta tuis.
Filius ut patrii dignus fit nominis haeres:
Sic par sit vera religione tibi.
Sit recti veriq; tenax, sua cuiq; ferendo
Distribuat, legum quod sacra jura monent.
Inq; viis ornet propriis sua munera Sparta,
Seu privata domi, publica si ve gerat.
Sic bona quae vita presentis postulat usus,
Fertilis optato scenore terra dabit.
Sic pax, vita, salus, & cetera commoda lecti
A solo venient, non aliunde, DEO.
Aemula fructiferis ita fiet vitibus uxor,
Pacificam replens prole decente domum:
Quae Christum discat, legat & vestigia patris,
Et blasa canos voce salutet avos.
Ex quibus Amlinga serventur nomina stirpis,
Et felix perstet Bacchoviana domus.
Hac mea vota, pio quae non nisi pectore manant,
Sint rata, sint sponsis grata, probata DEO.
Tuq;

Tuq̄ Amlingē pater, non avertabere Musam,
Si minus ornatu comta stet illa suo.
Salve, vade, vale, Christus comes adsit eunti,
Vt felix redeas, Et tua salvus agas.

T. qui te colit amatq̄, ex
Salinis Solanis mittit

Nicolaus Majus M.



Nov 1996

8

ULB Halle 3
002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 1996 |

VB 17

M





65
70

EPITHALAMIVM
CLARISSIMO
ET DOCTISSIMO
VIRO DN. VVOLFAGNO
Amlingo Iuris utriusq; Doctori,
celebranti nuptias
cum
honestissima virgine GERTRVDF,
Amplissimi viri Dn. REINERI
PACOVII, &c. filias
scriptum à
IOHANNE MAIORE, D:
Æ T E M
Epistola gratulatoria
scripta à
M. NICOLAO MAIO.
S E R V E S T Æ
Excudebat Johannes Schleer,
Anno 1599.

